# DE IOHANNE DICITUR FUIT HOMO MIS

sus a dō unde quaerit distantia inter dm̄ & hominem de dō.
In principio erat uerbum & uerbum erat apud dm̄ & ds erat uerbum;
Uidete quomodo piscatur indoctus nouum uerbum propri&atis. Dixit
sic de dō In principio erat uerbum, quae iam locuti sumus; Neque enim
possumus eadem replicare, de homine uidete quid dicat fuit homo mis
sus a dō. Uidete quid dicat fuit, de filio di erat. De homine fuit, de dō dicitur
In principio erat uerbum, de dī filio uerbum. de homine uidete quid dicitur
fuit homo, quia ergo homo propter ea missus a dō cui nomen erat iohannis,
Gratia in homine conpraehenditur. Iohannis enim interpraetatur dni
gratia; Io. enim dicitur dni, anna dicitur gratia; cui nomen erat iohan
nis. uere ΦΕΡΩΝΥΜΟϹ, quare ΦΕΡΩΝΥΜΟϹ quia maiorem accepit gra
tiam propter ea in heremo philosophatur & reseruat se in aduentum xpi
qui anuntiaturus xpm erat; Statim in heremo nutritur statim ibi crescit
non uult cum hominibus conuersari; In heremo cum angelis philoso
phatur; Nouerat xpm iohannis semper esse uenturum, & non solum no
uerat eum ab infantia sed in utero matris xpm nouerat; & iam
eum salutauerat denique scribitur exultauit infans in utero
matris suae. Uide quomodo in utero matris constitutus sensit
aduentum dni; Considerate monachi dignitatem uestram,
Iohannis princeps noster est dogmatis ipse monachus statim
ut natus est in heremo uiuit in heremo nutritur xpm expec
tat in solitudine; Uidete differentiam. eo tempore quo iohan
nis natus est & erat in heremo; hoc templum quod uidemus esse
destructum quantas habebat diuitias quid auri quid argen
ti quid multitudinis, Uultis scire quantum habuerit multitu
dinem; Iosepus iudaice scriptor historiae describit eo tempo
re quo capta est hierusalem hoc est a uespasiano & tito dicit mil
le octingenta milia una die capta; Uidete quid dicat ubi tanti sunt

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0209